



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

Caput octogesimum. Jesus Justus dictus κατ' εξοχ[...]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

*fus? Ego qui loquor iustitiam, & propugnator  
sum ad salvandum.*

*Jerem. 33. 15. In diebus illis; & in tem-  
pore illo germinare faciam David germen ju-  
sticie.*

*Dan. 9. 24. Septuaginta hebdomades abbre-  
viatae sunt super populum tuum, & super Ur-  
bem sanctam tuam, ut consumetur prevarica-  
tio, & finem accipiat peccatum, & deleatur  
iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna.*

*Mal. 4. 2. Et orietur vobis timentibus no-  
men meum Sol iustitiae.*

## CAPUT LXXX.

Jesus Justus dictus *κατ' ἔκχοτας.*

*SAP. 2. 12. Circumveniamus ergo Iustum,  
quoniam inutilis est nobis, & contrarius est  
operibus nostris, & improprietate nobis peccata  
Legis, & diffamat in nos peccata discipline  
nostra: premitit se scientiam Dei habere, &  
Filium Dei se nominat.*

*Ila. 45. 8. Rorate celi desuper, & nubes  
pluant Iustum; aperiat terra, & germet  
Salvatorem.*

*Ila. 51. 4. 5. Attende ad me, popule meus,  
& tribus mea me audite, quia Lex a me  
exiit, & iudicium meum in lucem populorum  
requiescat. Prope est Iustus meus, egressus  
est Salvator meus.*

*Ila. 53. 11. In scientia sua iustificabit ipse  
Iustus servus meus multos, & iniquitates co-  
rum ipse portabit.*

*Ila. 62. 1. 2. Propter Sion non tacebo, &  
propter Jerusalem non quiescam, donec egre-  
diatur ut splendor Iustus ejus, & Salvator ejus  
ut lampas accendatur. Et videbant gentes Ju-  
stum tuum, & cuncti reges inclutum tuum, &  
vocabant tibi nomen novum, quod ex Domini  
nominabit.*

*Jerem. 23. 5. 6. Ecce dies veniunt, dicit Do-  
minus, & suscitabo David germen iustum, &  
& regnabit rex, & sapiens erit, & faciet  
iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis  
salvabitur Iuda, & Israel habitabit confiden-  
ter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum,  
Dominus Iustus noster. Et Jerem. 33. 16.*

*Zach. 9. 9. Exulta satis, filia Sion; jubila,  
filia Jerusalem: ecce rex tuus venire tibi Ju-  
stus & Salvator.*

*MATTH. 27. 3. 4. Tunc videns Iudas  
qui eum tradidit, quod damnatus esset, pa-  
nitentia ductus, retrulit triginta argenteos Prin-  
cipibus Sacerdotum & Senioribus, dicens,  
Peccavi, tradens sanguinem iustum.*

*Marth. 27. 19. Sedente autem illo pro tri-  
bunali, misit ad eum uxor ejus dicens, Nihil  
tibi & Iusto illi.*

*LUC. 23. 47. Videns autem Centurio quod  
factum fuerat, glorificavit Deum dicens, Vere  
hic homo iustus erat.*

*Act. 3. 14. Vos autem Sanctum & Iustum  
negatis, & petitis virum homicidam dari  
vobis.*

*Act. 7. 52. Quem Prophetarum non sunt  
persecuti patres vestri? & occiderunt eos qui  
pranuntiabant de adventu Iusti, cuius vos  
nunc prodiotores & homicide fruistris.*

*Act. 22. 14. At ille dixit, Deus patrum no-  
strorum praordinavit te, ut cognosceres volun-  
tam ejus, & videres Iustum, & audires vo-  
cem ex ore ejus.*

*Rom. 3. 26. Ut sit ipse Iustus, & iustifi-  
cans eum qui est ex fide Jesu Christi.*

*Jac. 5. 6. Addixisti, & occidisti Iustum,  
& non restitisti vobis.*

*1. Petr. 3. 18. Christus semel pro peccatis  
nostris moriens est, Iustus pro iustis.*

*1. Joh. 1. 9. Si confiteamur peccata nostra,  
fidelis est & Iustus, ut remittas nobis pecca-  
ta nostra, & emundet nos ab omni iniqui-  
tate.*

*1. Joh. 2. 1. Si quis peccaverit, advocatum  
habemus apud Patrem, Jesum Christum Ju-  
stum.*

*1. Joh. 2. 29. Si scitis quoniam Iustus est,  
scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam,  
ex ipso natus est.*